Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



126

piscib; omnes quadraginta pascerentur. quod miraculum
omnes quattuor euangelistae commemorauerunt. Lucas
etiam qualem longe superiore de iohannis passione narrauerat ex
occasione quadriximus. nunc postea quam commemorauit illam
herodis haesitationem dicto quisnam es hoc continuo sub
iungit. Quod mar cus id est redisse ad illum apostolus. et nar
rasse illi quaecumq: illi fecerant. et ad sumptaeis recessisse
in locum desertum atque eo secutas turbas et loquutum esse
de regno dei. et eos quicunque indigebant sanasse atq: inde etiam
ipsa die declinante commemorat. miraculum de quinq: panib;
factum. At uero iohannis qui multum ab eis tribus euangelistis
eo distat quam magis in sermonib; quos dns habuit immoratur
quam in factis quae mirabiliter fecit. Postea quam commemo
rauit eum relicta iudaea abisse iterum in galileam. quod tunc
intellegitur factum cum et alii euangelistae dicunt eum. Iohanne
audito isse in galileam postea quam ergo id commemorauit iohannes
interiecit eius per samariam. multaque loquutus e. et occasione
illius samaritanae quam inuenit adpiteum contexit narrationi
suae. et post duos dies dicit eum inde egressum in galileam deinde
uenisse in chanan galilea ubi fecerat de aquam uinum. et sanasse
filium reguli cuiusdam. Alia uero quae illum in galilea fecisse
atq: dixisse. alii dixerunt iohannes tacet. sed sane quod illi tacu
erunt dicit ascendisse eum in die festo hierosolimis. et fecisse
ibi miraculum illud de homine qui triginta octo annos habebat
in infirmitate. nec habebat hominem a quo in piscinam deponeretur.
in quo uarius ualetudinib; affectos sanabantur. et ea occasione
multa eum loquutum fuisse commemorat. Post haec eum dicit
abisse trans mare galileae quod est tiberiadis. et sequuta multa
tudinem magna deinde abisse in montem et ibi sedisse cum dis
cipulis suis. prope pasca die festo iudaeorum. Tu. leuatis oculis
et uisa multitudine maxima pauisse eam de panib; quinque
et duob; piscibus. quod et ceteri euangelistae dicunt hac hoc